

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Jacob Fabricius

**Jacobus Fabricius Hoc Tempore Decanus, Coeterique Doctores Et Professores
Collegii Medici In Academia Rostochiensi S.P.D. Omnibus Lecturis : [P.P. ... 29.
Octobr. anni Iul. 1620]**

Rostochi[i]: Pedanus, 1620

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729696669>

Druck Freier  Zugang



J. Fabricius.
R. U. med. 1620.

JACOBUS

FABRICIUS

HOC TEMPORE

DECANUS,

COETERIQUE DOCTORES

ET PROFESSORES

COLLEGII MEDICI

IN

ACADEMIA ROSTOCHIENSIS

S. P. D.

OMNIBUS LECTURIS.



ROSTOCHI

Typis exscrispit Joachimus Pedanus,
Academiae Typog.



ANNO M. DC. XX.

Ita, quâ fruimur,
brevis est, inquit Sallu-
stius; quam sententiam
multis antè annis Apho-
rismis suis divinus Hip-
pocrates, cum illâ Artem
medicam committens, præscripsit.
βεραχν, ι ἡ πχνη ραχη. Vita quidem brevis
est, quod anima vegetatrix non diu rema-
neat in calore nativo, utpote qui facile rerū
adversarum ad pulsu extinguitur & oppri-
mitur, veluti à diætæ vicio, loci insalubri-
tate, cœli seu aëris morbo, venenata qualiti-
tate, aut impedimento partis principis,
cujus officio vita carere nequit, ab inflam-
matione, aliâve noxâ, quæ marasnum in-
fert; ne quid dicam de perenni effluxu tri-
plicis substantiæ ejus, unde corpus no-
strum consistit, adeò ut vivere nostrum
nihil aliud sit, quam pedetentim mori.

Longa



Longa porrò Ars dicitur, ob difficultatem
& rerum discendarum copiam. Etenim
totam hæc hominis ~~μηχανήσματος~~ fabricam,
summo sapientissimi optimiq; architecti
consilio exstructam, facultatesq; & fun-
ctiones rimatur universas: affectionum o-
mnium, tam earum, quæ sensibus obviæ
sunt, quam in intimo corporis recessu la-
tentium, ortum, progressum, eventumq;
ex certis indicijs scrutatur: animantium
cunctorum, stirpium, mineralium & me-
tallorum proprietates viresq;, quatenus
humano generi salubres sunt aut pernicio-
sæ, indagat: deniq; ut paucis multa com-
prehendam, omnia ferè, quæ pulcerri-
mus, & omnigenâ rerum varietate admi-
randus hic complexu suo coercet Mun-
dus, ad unius hominis, ~~μηχανήσματος~~ illius, in-
columitatem & salutem prudenter accom-
modat. Quæ omnia, ut quis internoscat,
temporis egent, & longo usu ac judicio di-
scuntur.

Merito itaq; aurea hæc senis nostri sen-

A 2 ten-

tentia, artem Medicam studio & successu
egregio cum sectantium, tum profiten-
tium oculis atq; animis perpetuo obver-
setur, ut illi tam longam metam sibi pro-
positam intuentes minimum temporis
quieti ocioq; concedant; sed magis mul-
to remis velisque omnibus laborent, ut va-
ustum, quod ingressi sunt, pelagus viâ,
quantum fieri potest, rectissimâ compen-
diosissimâque transfretent, rejectis omni-
bus ijs, quæ navigationem hanc prospe-
ram remorantur, aut extra lineam, per va-
dosa aut petrosa loca, ingenti cum discri-
mine & jacturâ circumducunt, vel & in
medio itineris cursu subsistere, aut o-
mninô regredi compellunt: Hi vero Me-
dicinæ amplitudine, vitæque suæ imbe-
cillitate admoniti, quantum in se est, discen-
tibus Artis tam longæ theorematâ, vivendi
curandiq; instituta, nec non sanitatis muni-
endæ ac reparâdæ præsidia facilimè, fidelis-
simè & brevissimè tradant, neq; in ijs, quæ
ad finem Artis parum faciunt, tanquam in-

Sire-

Sirénū scopulis perlustrāndis, plurimum
temporis olei atq; operæ insumendo, oc-
cupentur, aut veluti ex proposito objectis
remoris ad rem properantes justo diutius
distineant.

Gratulamur itaq; Academiæ nostræ
meritò, quæ non tantum hodiè, sed & re-
trò plusquam ducentis annis seminarium
fuit divinæ pariterq; humanæ sapientiæ, in
quâ viva vox Evangelij & vera de Christo
doctrina à Pontificiorum φλυαρίαις & erro-
ribus repurgata, uti & sacratissimi Juris,,
saluberrimæq; Medicinæ, ac barbarieo-
mnis fidelissimæ expultricis Philosophiæ
artes & scientiæ (sine quibus vita homi-
nis mors est, & inhumanitatis feritatisq;
sentia ac colluvies) & rectè proponun-
tur, & fructuosè discuntur: unde & ex:
illà viros elegante doctrinâ in qualibet
Facultate insignes, publicis testimonijis
& honorum titulis illustres, quorum ope-
râ & consilio, non tantum hæc ipsa, quam
incolimus regio, verum etiam vicinæ &

A 33

trans-

transmarinæ gentes subindè fruuntur, ac
utuntur; quin & præstantium virorum a-
bitus & obitus quotannis, ne dicam
quotidiè, suppleri & resarciri queunt,
tanquam ex instructissimo quodam pe-
nu atque armario de promi spectamus
& gaudemus.

Inter hos numeramus virum ornatis-
simum, Dn. JOHANNEM A-
DOLPHUM FABRICIUM
STADENSEM, qui parentis sui, Dn.
THEODORICI FABRICII, quon-
dam Reverendiss. & Sereniss. Archiepi-
scopi & Holsatiæ Ducis, itemq; amplis-
simæ Stadensium Reipublicæ Medici,
dum vivebat, solertissimi & felicissimi,
vestigia, laudabili consilio sequutus, in
studium Medicum omnes ingenij nervos
dirigere voluit, ac reipsâ Medici filius au-
dire gestiens, non tam bonorum, quam
professionis & gloriæ hereditatem sibi a-
deundam censuit, ideoq; genuinis Artis
nostræ Magistris, medicinam autoritate
publi-


publicā candidē docentibus, veluti veris
animorum parentibus, ubicumq; in Aca-
demījs vixit, sese erudiendum, informan-
dumq; totum commendavit & commisit.
Istius verò haec tenus exantlati laboris præ-
mium, quum non ita pridem à Collegio
nostro sibi conferri petierit, nec potuimus
nec voluimus honesto illius voto refraga-
ri, adeoq; examine privato ejus eruditio-
nem deprehendimus, quæ ut & Acade-
mīæ innotescat, illum in aciem publicam
producere, omnibusq; & singulis proban-
dum & examinandū sistere, pro laudabili A-
cademiæ more decrevimus. Rogamus igitur
Magnificum Dn. Rectorem, Reverēdos
item, consultissimos experientiss. clariss.
Dn. Professores, ceterosque Doctores,
verbi divini ministros, scholæ trivialis
Collegas, reliquumque studiosorum, &
imprimis Medicinæ deditorum coetum
lectissimū, ut die quarto mensis Novemb.
in Acroasi majore comparere, disputatio-
nisque de C O L I C A, adfectu non novo,

ut

ut Plinius l. 26. c. i. existimavit, sed veteribus
noto & subinde recurrente, huma-
numque genus atrociter adfligente, so-
lemni actui horis ante & post meridiem
ξυνοῦ ἔχει habendo frequentes interesse, suis-
que argumentis Domini CANDIDATI
vires modestè explorare ne graventur.
Quod nos gratâ mente agnoscemus, &
vicissim de omnibus ac singulis diligen-
tissimâ curâ benè mereri studebimus.
Deus opt. max. nos gratiæ suæ alis clemen-
ter inumbret, & sancto suo Spiritu regat,
ut verâ pœnitentiâ ad ipsum conversi,
deinceps etiam à peste grassante in tene-
bris, & à sagittâ volante in die, tuti simus
inq; re litterariâ aliquam ipsi gratam & Ec-
clesiæ salutarem operam navemus. P. P.
sub sigillo Officij nostri 29. Octobr. anni
Jul. 1620.



publicā candidē docentibus.
animorum parentibus, ubi
demijs vixit, sese erudiendum
dumq; totum commendavit &
Istius verò hactenus exantlati
mum, quum non ita prideret
nostro sibi conferri petierit, n
nec voluimus honesto illius v
ri, adeoq; examine privato e
nem deprehendimus, quæ
mixæ innotescat, illum in acie
producere, omnibusq; & simili
dum & examinandū sistere, pr
cademiæ more decrevimus.
tur Magnificum Dn. Rectore
item, consultissimos experi
Dn. Professores, cœterosq;
verbi divini ministros, scilicet
Collegas, reliquumque stu
in primis Medicinæ dedito
lectissimū, ut die quarto men
in Acroasi majore comparere
nisque de C O L I C A , adfede



eris
ca-
an-
isit.
ræ-
gio
hus
iga-
tio-
ide-
ram
pan-
liA-
igi-
dos
triss.
res,
ialis
, &
tum
mb.
atio-
ovo,
ut